






Luce FERIN & C^a






7193

Inc.
1320





CATO DE CONTEMPTV MVNDI.



Quoniam animaduertentem quod plurimos homines grauius errare in uia morum. Succurrendum & consulendum opinionum eorum fore existimaui. Maxime ut gloriose uiuerent & honorem contingerent. Nunc te filii charissime docebo quopactum animi tui mores componas. Igitur mea precepta legito ut intelligas. Legere enim & non intelligere est negligere. Itaque deo supplica. Parentes ama. Cognatos cole. Foro te parata. Mutuum da. Cum bonis ambula. Familiam cura. Rem tuam custodi. Liberos erudi. Datum serua. Antequam uoceris ad consilium ne accesseris. Saluta libenter. Cede maiori. Magistrum metue. Verecundiam serua. Diligentiam adhibe. Cui des uidebo. Coniuiua raro. Mundus esto. Quod satis est dormi. Coniugem ama. Iusiurandum serua. Vino te tempera. Pugna pro patria. Meretricem fuge. Libros lege. Quod legeris memeto. Bladus esto. Irasci ab re noli. Neminem irriseris. In iudicio adesto. Ad pretorium statito. Consultus esto. Tu te consule. Troco lude. Aleas fuge. Bonis benefacito. Maledictus ne esto. Existimationem retine. Aequum iudica. Nil mentiri uelis. Iracundiam tempera. Parentes pacienter uince. Minorem ne contempseris. Nil arbitrio uirium feceris. Patere legem quam ipse tuleris. Beneficium accepti memor esto. Pauca in conuiuio loquere. Miserum noli irridere. Minime iudica. Alienum noli concupiscere. Stude agere quod iustum est. Libenter amorem ferto. In faciendis respice finem.



^{1. in aro}
 I de⁹ ē anim⁹: ut nobis carmīa dicūt.
 hic tibi p̄cipuæ sit pura mēte colēd⁹.
 Plus uigila: sēp ne sōno deditus esto. ^{1. s. b}
 nā diurna q̄s uiciis alimēta mīstrat

Virtutem primā esse puto cōpescere linguam.
 proximus ille deo est: qui scit ratione tacere.

Sperne repugnando: tibi tu contrarius esse.

^{1. nō} conueniet nulli: qui secū desidet ipse.

Si uitam inspicias hominū: si deniq̄ mores.
 cum culpant alios: nemo sine crimine uiuit.

Quæ nocitura tenes: quāuis sint chara ^{1. desine} relinque.
 utilitas opibus præponi tempore debet.

Constans & lenis ut res exoptulat esto.
 temporibus mores sapiēs sine crimine mutat.

Nil temere uxori de seruis crede querenti. ^{1. nō}
 sæpe & enim mulier quē cōiunx diligit odit.

Cunq̄ mones aliquem: nec se uelit ipse moneri.
 si tibi sit charus: noli desistere ceptis.

Contra uerbosos noli contēdere uerbis.
 sermo datur cunctis: animi sapientia paucis.

Dilige sic alios: ut sis tibi charus amicus.
 sic bonus esto bonis: ne te mala dāna sequant^r

^{1. nō} Rumores fuge: ne incipias nouus auctor haberi.
 nā nulli tacuisse nocet: sed nocet esse locutū.

Rem tibi promissam certam promittere noli.
 rara fides ideo est: quia multi multa loquunt^r.

Cum te aliquis laudat: iudex tuus esse memento.
 plus aliis de te: q̄ tu tibi credere noli.

Officium alterius multis narrare memento.
atq; aliis cum tu benefeceris: ipse fileto.
Multorum cum facta senex & dicta recenses.
fac tibi succurrant: iuuenis quæ feceris ipse.
Ne cures si quis tacito sermone loquatur.
conscijs ipse sibi de se putat omnia dici.
Cum fueris foelix: quæ sunt aduersa caueto.
non eodem cursu respondent ultima primis.
Cum dubia & fragilis sit nobis uita tributa.
in morte alterius spem tu tibi ponere noli.
Exiguum munus cum dat tibi pauper amicus.
accipito placidæ: & plene laudare memento.
Ne timeas illam. quæ uitæ est ultima finis.
qui mortem metuit: quod uiuit perdit id ipsum.
Infantem nudum cum te natura creauit.
paupertatis onus patienter ferre memento.
Si tibi pro meritis nemo respondet amicus.
incusare deum noli: sed te ipse coherce.
Ne tibi ^{aliquid} desit: quesitis utere parce.
ut q̄ quod est serues: semp tibi deesse putato.
Quod prestare potes: ne bis promiseris ulli.
ne sis uentosus: dum uis bonus ipse uideri.
Qui simulat uerbis: nec corde est fidus amicus.
tu quoq; fac simile: sic ars deluditur arte.
Noli homines blando nimium sermone ^{languere} probare.
fistula dulce canit: uolucrum dum decipit auceps.
Cum tibi sint nati: nec opes: tunc artibus illos
instrue: quod possint inopem defendere uitam.

Quod uile est carum: quod carum uile putato.
sic tibi nec cupidus nec auarus nosceris ulli.

Que culpate soles: ea tu ne feceris ipse.
turpe est doctori: cum culpa redarguit ipsum.

Quod iustum est petito: uel quod uideat honestum.
nam stultum est petere quod possit iure negari.

Ignotum tibi tu noli proponere notis.
cognita iudicio constant: incognita casu.

Cum dubia incertis uersetur uita periculis:
pro lucro tibi pone diem quicumque laboras.

Vincere cum possis: interdum cede sodali.
obsequio quoniam dulces retinentur amici.

Ne dubites cum magna petas impendere parua.
his & enim rebus coniungit gratia charos.

Litem inferre caue: cum quo tibi gratia iuncta est.
ira odium generat: concordia nutrit amorem.

Seruorum ob culpas cum te dolor urget in iram.
ipse tibi moderare: tuis ut parcere possis.

Quem superare potes: interdum uince ferendo.
maxima enim morum est semper patientia uirtus.

Conserua potius: que sunt iam parua labore.
cum labor in dono est: crescit mortalis egestas.

Dapsilis interdum sis notis & charus amicis.
cum fueris foelix semper tibi proximus esto.

Elluris si forte uelis cognoscere cultus.

t uirgiliu legito: q si mage nosse laboras

Herbaru uires: macer tibi carmie dicit

quidam doctor
medicus

Si romana cupis: & punica noscere bella.

A iiii

Lucanum queras: qui Martis prælia dixit.
Si quid amare libet: uel discere amare legendo
Nalonem petito: ^{7. 24. 10. 10} sin autem cura hæc tibi est.
Ut sapiens uiuas: audi quæ discere possis
Per quæ semotum uiciis deducitur euum. ^{7. 24. 10. 10}
Ergo ades: & quæ sit sapientia disce legendo.
Si potes ignotis etiam prodesse memento.
utilius est regno: meritis acquirere amicos.
Mitte archana dei: cœlum inquirere quid sit.
cum sis mortalis: ^{7. 24. 10. 10} quæ sunt mortalia cura
Linque metum leti: nã stultũ est tẽpore in omni
dum mortẽ metuas: ammittere gaudia uitæ.
Iratu de re incerta noli contendere uerbis.
impedit ira animũ: ne possit cernere uerum.
Fac sumptum propere: cum res desideret ipsa.
dandũ & enĩ est aliqd: cũ tps postulat: aut res.
Quod ^{7. 24. 10. 10} nimiũ est fugito: paruo gaudere memẽto.
tuta mage est pupis modico que flumie fert.
Quod pudeat socios: prudens celare memento.
ne plures culpent id: quod tibi displicet unũ.
Nolo putes prauos homines peccata lucrari.
temporibus peccata latent: & tẽpore patent.
Corporis exigui uires contemnere noli.
consilio polet: ^{7. 24. 10. 10} cui uim natura negauit.
Quem scieris non esse parem tibi: tempore cede.
uictorem a uicto superari sepe uidemus.
Aduersus notum noli contendere uerbis.
lis minimis uerbis interdum maxima crescit.

4

Quid deus intēdat: noli perquirere forte.
quid statuat de te: sine te deliberat ipse.
Inuidiam nimio cultu uitare memento.
que si non ledit: tñ hāc sufferre molestū est.
Esto forti animo: cum sis damnatus inique. *ms/1113*
nemo diu gaudet: qui iudice uincit iniquo. *v. d. 1113*
Litis præterite noli maledicta referre.
post inimicicias iram meminisse malorum est.
Nec te collaudes: nec te culpaueris ipse.
hoc faciunt stulti: quos gloria uexat inanis. *v. d. 1113*
Vtere quesitis modice: cum sumptus habundat.
labitur exiguo: quod partū est tēpore longo.
Inspiciens esto: cum tempus postulat aut res.
stulticiam simulare loco: prudēcia summa est.
Luxuriam fugito: simul & uitare memento.
crimē auaritiæ: nam sunt contraria famæ.
Noli tu quædam referenti credere semper.
exigua ē tribuēda fides: q̄a ml̄ti ml̄ta loquū̄r.
Quod potu peccas: ignoscere tu tibi noli:
Nam nullum crimē uini est: sed culpa bibētis. *v. d. 1113*
Consilium archanum tacito commite sodali.
Corporis auxiliū medico cōmitte fideli.
Successus indignos nolī tu ferre moleste.
indulget fortuna malis: ut lædere possit.
Prospice qui ueniunt: hos casus esse ferendos.
nam leuius ledit: quicquid præuidimus ante.
Rebus in aduersis animum summittere noli.
spem retine: spes una hoīem nec morte reliqt.

Rem tibi quam noscīs aptam: dimittere noli:
fronte ^{scilicet grande} capillata post hec occasio calua.

Quod sequitur specta: quod iminet ante uideto:
illum immitere deū: partē qui spectat utrāq̃.

Fortius ut ualeas: interdum partior esto:
pauca uoluptati debentur plura salutī.

Iudiciū populi nunq̃ contempseris unus:
ne ulli placeas dum uis contemnere multos.

Sic tibi præcipue: quod primum est cura salutis:
tempora ne culpes: cum sit tibi causa doloris.

Somnia ne cures: nā mens humana quod optat:
dum uigilat: sperat: per somnū cernit idip̃m.

Oc quicūq̃ uelis ^{scilicet} carmē conoscere lector:
hæc p̃cepta ^{scilicet} feras: quæ sūt gratissima uitæ

Instrue præceptis aimū: ne discere cesses:
nam sine doctrina uita est q̃si mortis imago.

Comoda multa feres: sin autē spreueris illud:
nō me scriptorem: sed te neglexeris ipse.

Cum recte uiuas: ne cures uerba malorum:
arbitrii nostri no est: quod quisq̃ loquatur.

Productus testis: saluo tamen ante pudore:
quantūcunq̃ potes: celato crimen amici.

Sermones blandos bleloq̃ uitare memento:
simplicitas ^{scilicet} veri fama est: fraus ficta loquendi.

Segniciem fugito: quæ uita ^{scilicet} ignauia fertur:
nā cū animus languet: cōsumit inercia corpus.

Interpone tuis interdum gaudia curis:
ut possis animo quēuis sufferre laborem.

non est in uita
sicut in uita
p̃cipue

Alterius factum aut dictum ne carpsieris unq̄:
 exemplo simili ne te derideat alter.
 Quod tibi fors dederit: tabulis suprema notato:
 augendo serua. ne sis quem fama loquatur.
 Cum tibi diuitiæ superent in fine senectæ:
 munificus facito uiuas: non parcus amicis.
 Vtile consilium dominus ne despice serui:
 nullius lenium si prodest: contēpseris unquā.
 Rebus & incensu si non est: quod fuit ante.
 fac uiuas contentus eo. quod tēpora præbent.
 Vxorem fuge: ne ducas sub nomine dotis:
 nec retinere uelis. si ceperit esse molesta.
 Multorum disce exemplo que facta sequaris.
 quæ fugias: uita est nobis aliena magistra.
 Quod potes id tenta: operis ne pondere pressus
 succumbat labor: & frustra tentata relinquas.
 Quod nosti factum non recte: noli silere:
 ne uideare malos imitare uelle tacendo.
 Iudicis auxilium sub iniqua lege rogato:
 ipse etiam leges cupiunt: ut iure regantur.
 Quod merito pateris: patienter ferre memento:
 cunq; reus tibi sis: ipsum te iudice damna.
 Multa legas facito: perlectis perlege multa:
 nam miranda canunt: sed non credēda po etæ
 Inter conuiuas fac sis sermone modestus:
 ne dicare loquax: dum uis urbanus haberi.
 Coniugis iratæ: noli tu uerba timere:
 nam lachrimis instruit ifidias: cū femīa plorat.

Vtere quesitis: sed ne uidearis abuti.
qui sua consumunt: cū deesse aliena sequunt̃.

Fac tibi preponas mortem no esse timendam.
quæ bona ^{revertunt} si no est: finis tamē illa ^{est} malorum.

Vxor̃is linguam si frugi est: ferre memento.

Namq; malū est nō uelle pati: nec posse tacere

Dilige non egra charos pietate parentes.

nec matrē offendas. dū uis bonus esse parenti.



^{revertunt} Securam quicumq; cupis p̃ducere uitā:
ne uiciis herere aīm q̃ moribus obsūt

Hec p̃cepta tibi sēp relegēda memētō
inuenies aliqd: quod te uitare magrō

Despice diuicias: si uis animo esse beatus:

quas qui suscipiunt: mendicant semper auari.

Cōmoda naturæ nullo tibi tempore deerunt.

si contentus eo fueris: quod postulat usus.

Cum sis incautus: nec rem ^{uicium} ratione gubernes.

noli fortunam quæ non est dicere cecam.

Dilige denarium: sed parce dilige formā.

quā nēo sanctus nec honestus optat habere.

Cum fueris locuplex corpus curare memento.

eger diues habet nūmos: sed nō habet seipm.

Verbera cum tuleris discens aliquādo magistri.

Fer patris imperium: cum uerbis exit in iram.

Res age quæ profunt: rursus uitare memento.

in quibus error inest: nec spes ē certa laboris.

Quod donare potes: gratis concede roganti.

nam recte fecisse bonis in parte: lucrosū est.

Quod tibi suspectū est: confestim discute: qd sit.
 nanq; solent primo: quæ sunt neglecta nocere.
 Cum te detineat ueneris damnosa uoluptas.
 indulgere gule noli: quæ uentris amica est.
 Cum tibi præponas animalia cuncta timere.
 unum præcipio hominem plus esse timendū.
 Cum tibi preualidæ fuerint in corpore uires.
 fac sapias animo: sic poteris uir fortis haberi.
 Auxilium a notis petito: si forte laboras.
 nec qsq; quā melior medicus: quā fidus amicus.
 Cum sis ipse nocens. moritur cur uictia pro te.
 stulticia est: in morte alterius sperare salutē.
 Cum tibi uel socium uel fidum quæris amicum.
 non tibi fortuna est hominis: sed uita petēda.
 Vtere quesitis opibus: sed fuge nomen auari.
 quid tibi diuitiæ p̄sūt: si semp paup habūdas.
 Si famam seruare cupis: dum uiuis honestam.
 fac fugias animo: quæ sunt mala gaudia uitæ.
 Cum sapias animo: noli irridere senectam.
 nam quocūq; ^{si existere} lene puerilis sensus in illo est.
 Disce aliquid: nam cum subito fortuna recedit.
 ars remanet: uitamq; hoīs non deserit unq̄.
 Prospicito cuncta tacitus: quod quisq; loquat̄.
 sermo hoīm mores celat: & indicat idem.
 Exerce studium: quāuis præceperis artem.
 ut cura ingeniū: sic & manus adiuuat usum.
 Multum uenturi ne cures tempora fati.
 non metuit mortem: qui scit contēpnere uitā.

Disce: sed a doctis: indoctos ipse doceto.
propaganda & enī est rerum doctrina bonarū.

Hoc bibe: quod possis: si tu uis uiuere sanus.
morbi nāq; mali causa est: quæcūq; uoluptas.

Laudaris quicūq; palā: aut quodcūq; probaris.
hoc uide: ne rursus leuitatis crimine damnes.

Tranquillis in rebus quæ sunt aduersa caueto.
rebus in aduersis melius sperare memento.

Discere ne ceses: cura sapientia crescit.
rarō datur longo prudentia temporis usu.

Parce laudato: nam quem tu sæpe probaris.
una dies qualis fuerit ostendet amicus.

Ne pudeat quæ nescieris: te uelle doceri.
scire aliquid laus est: culpa est nil discere uelle.

Cum uenere & baccho lis est sed iuncta uoluptas.
quod latum est aīo cōplectere: sed fuge lites.

Demissos animo & tacitos uitare memento.
quod flumē est placidū: forsā latet altius unda.

Cum tibi displiceat rerum fortuna tuarum.
alterius spectā: ne sis discrimine peior.

Quod potes id tenta: nam litus carpere remis.
tutius est multū: quā tēdere uelum in altum.

Contra hominē iustum prauæ contendere noli.
semper enim deus iniustas ulciscitur iras.

Ereptis opibus noli mœrere dolendo.
sed gaude potius: si tibi contigat habere.

Est iactura grauis: quæ sunt amittere damnis.
sunt quædā: quæ ferre decet patiēter amicū.

Tempora longa tibi noli promittere uitæ.
 quocūq; īgrederis: sequit̄ mors corpis umbrā.
 Ture deum placā: sine uitulūm crescat aratro.
 ne credas placare deum: cum cede litatur.
 Cede locum lesus: fortunæ cede potenti.
 ledere qui potuit: prodesse aliquando ualebit.
 Cum quid peccaris: castiga te ipse sub inde. *donde abunado*
 uulnera dum sanas: dolor ē medicina doloris.
 Damnaris nunq̄ post longum tempus amicum. *whimpey*
 mutauit mores. sed pignora prima memento.
 Gratior officiiis *ur* quo sis mage charior esto.
 ne nomen subeas quod dicunt officiperdi.
 Suspectus caueas: ne sis miser omnibus horis.
 nam timidis & suspectis aptissima mors est.
 Cum fueris propios seruos merca tus in usus. *in manus*
 & famulos dicas: homines tamē esse memēto.
 Quam primum rapiendā tibi est occasio prima. *cauere*
 ne rursus queras: quæ iam neglexeris ante.
 Morte repentina noli gaudere malorum.
 fœlices obeunt: quorum sine crimine uita est.
 Cum coniunx tibi sit: nec res: & fama labore.
 uitandum ducas inimicum nomen amici.
 Cum tibi contigerit studio cognoscere multa.
 Fac discas multa: uita nescire doceri.
 Miraris uerbis *in nudis* nudis me scribere uersus.
 hæc breuitas sensus fecit coniungere binos.

Artula nostra tibi mādat dilecte salutes.

c Pauca uidebis ibi: sed nō mea dōa refutes

Dulcia sunt aīæ solacia quæ tibi mādo.

Sed profunt minime: nisi serues hæc operando.

Quæ mea uerba monent tu noli tradere uento.

Cordis in aure sonent: & sic retinere memento.

Vt tibi grande bonum nostri monitus operent.

Per quod dei dōnum tibi celica regna parentur.

Menti sinceræ possunt hæc uerba placere.

Hæc iter ostendunt hortant nō reprehendūt.

Ox diuina sonat: q̄ nēo sp̄e sibi pōat.

u In rebus mūdi: quæ causam dāt pereūdi.

Quisq̄s amat xp̄m: mūdū nō diligit istū.

Sed quasi fetorem spernens illius amorem

Estimat obscenum: quod mūdus credit amenu.

Totum uilescit: sibi quidquid in orbe nitescit.

Vitat terrenum decus: ut mortale uenenum.

Abiectoq; foris sceno carnalis amoris.

Ad regnum celi suspirat mente fideli.

Iamq; fide plena paradisi sperat amena.

Tu quoq; frater ita carnis contagia uita.

Vt placeas christo: mundo dum uiuis in isto.

Nec tibi sint curæ res ad nichilum reditura.

Quæ cito labuntur: magnoq; labore petuntur.

Nec modo læteris: quia forsan cras morieris.

Nullus tam fortis: cui parcant uincula mortis.

Per nullam sortem poteris depellere mortem.

Cur caro lætatur: quia uermibus esca paratur.

Nunc locus ē flendi: locus ē peccata luendi.
 Postea gaudebit: qui nunc sua crimina flebit.
 Iam iamq; lætetur: qui gaudia summa meretur.
 Gaudia stultorū cumulant augmenta dolorum.
 Talia prudentes fugiunt ea despicientes.
 Cur cito nō spernis: quæ prætereuntia cærnis.
 Nonne uides mūdū nimis miserū: & moribūdū.
 Sub gladio diræ mortis languendo perire.
 Mors relectat: mors om̄e necat: quod carne creat.
 Magnificos p̄mit: & modicos cunctis dominat.
 Nobilium tenet imperium: nulli reueretur.
 Tam ducibus q̄ principib; comunis habetur.
 Mors iuuenes rapit: atq; senes: nulli miseretur.
 Illa fremit: gen; om̄e tremit quod ī orbe mouet.
 Illa ferit: tota caro perit: dum sub pede mortis
 Conteritur: non eripitur uir robore fortis.
 Cur nimias sibi diuitias petit ille parari.
 Cur igitur qui sic moritur: uult magnificari.
 Instabiles sumus: & fragiles: multisq; ruinis.
 Atterimur: sic iam trahitur sub tempore finis.
 Prætereunt: & non redeunt mortalia quæq;
 Hec statio manet in dubio sic nocte dieq;
 Vita breuis uelut umbra leuis sic adnichilatur.
 Sic uadit: subitoq; cadit: dum stare putatur.
 Quis redimit: cū mors perimit: quia federa nūq;
 Nec precium nec seruitium mors accipit unq;
 Sed quid plura loquar: nulli mors impia parcit.
 Non euadit inops: nec qui marsupia farcit.

solent
multis

multis

gen;

h. vita

stipula

intere

v. quæ

ille

Non igit̄ cesses ea que bona sunt operari.
Nam mors non cessat tibi nocte dieq̄ minari.
Amplius in rebus noli sperare caducis.
Sed cupiat tua mens eternæ gaudia lucis.
Fallitur insipiens uitæ præsentis amore.
Sed sapiens nescit quantum sit plena dolore.
Quicquid formosum mūdus gerit aut preciosū.
Floris habet morem: cui dat natura colorem.
Mox ut sicatur: totus color adnichilatur.
Postea nec florem monstrat: nec spirat odorem.
Regia magestas omnis terrena potestas.
Prosperitas rerū series longinqua dierum.
Transient absq̄ mora: cum mortis uenerit hora.
Mūdi quid sit honor: cur tūc tibi scribere conor.
Nosti quippe satis: quia nil habet utilitatis.
Inspice q̄ fragilis q̄ fallax q̄ sit inanis.
Predia terrarum possessio diuitiarum.
Fabrica murorum grandis structura domorum.
Gloria mensarum cum delitiis epularum.
Insignesq̄ thori cupæ scyphiq̄ decori.
Resplēdēsq̄ uestis: quæ morib⁹ obstat honestis.
Grex armentorum spaciosus cultus agrorum.
Fertile uinetum diuersa uite repletum.
Gloria natorum dilectio dulcis eorum.
Cuncta relinquentur: nec post hec inuenientur.
Quod breuiter durat: quis prudens q̄rere curat.
Non metuens hominē faciet mors aspera finem.
Rebus mundanis mendacibus & malæ sanis.

*Fulminum ignis
in muris p.*

*q̄dæ illorū fidei
lip 126*

1702211170

Causa grauis scelerum cessabit amor mulierum.
 Colloquium quarū nihil est: nisi uirus amarum:
 Prebens sub mellis dulcedine pocula fellis.
 Nam decor illarum laqueus est fallax animarū.
 Cum uerbis blandis fallacibus atq; nefandis: *trōpa fallax*
 Illaqueant stultos: & ferunt ad tartara multos.
 Tempora transibunt: & uana gaudia peribunt.
 Et parient fructum tristem: per secula luctum.
 Omnibus hoc dico: ne se subeant inimico.
 Ne suplantetur: qui captus in his retinetur.
 Noli confundi misera dulcedine mundi.
 Nam sua dulcedo dilabitur homine fædo.
 Quæ trepidas mētes & mollia quæq; sequētēs.
 Fallit mulcendo: carnem blandeq; fouendo.
 Postea finitur: nec iam dulcis reperitur.
 Sed fit amara nimis non equans ultia primis.
 Et grauiter pungit miseros: quos primitus unxit.
 Nam sic illusos: & semper mollibus usos.
 Damnatos dignæ post mortē mittit in ignē.
 Atq; uoluptatem cōuertit in anxietatem.
 Et fit flāma furens illos sine fine perurens.
 Talia lucra ferent: studiis qui talibus herent.
 Sed qui saluari uult: perpetuoq; beari.
 Christo deuotum studeat se tradere totum:
 Eius inherendo præceptis: & faciendo
 Quæ scripturarū mōstrant documenta sacrarū.
 Accipiet uere qui uult hec iussa tenere.
 Sedibus in letis eternæ dona quietis.

Quæ cunctis dantur: qui corde deo famulantur.
Hic est seruorum requies: & uita suorum.
Gaudia quæ præstat: tribulatio nulla molestat.
Gloria solemnitas manet illic: paxq; perennis.
Semper honoratos semper facit esse beatos:
Quos recipit secum. quia quauis iudicet æquū.
Plura tñ dantur sanctis q̄ promereantur.
Omnia dat gratis fons diuine pietatis.
Proq; labore breui confert bona perpetis eui.
His qui saluantur: sic bona multa parantur:
Sic mala multa malis mors preparat exicialis.
Isti gaudebunt: illi sine fine dolebunt.
Nemo potest fari: nec cernere nec meditari.
Gaudia iustorum: sed nec tormenta malorum.
Quā male fraudatur: q̄ stultæ ludificatur.
Qui propter florem mūdi uanumq; decorem:
Qui prius apparet: & quasi ros protinus aret:
Vadit ad infernum perdēs diadema supernum:
Quod dominus donat cūctis: quos ipse coronat.
Errat homo ueræ: qui cum bona possit habere:
Sponte subit pœnas: infernalesq; cathenas.
Huius amor mundi putei parat ima profundū.
Protinus extinctus moritur: qui mittitur intus:
Semper ad ima cadit: semp mors obuia uadit.
Nec uenit ad metas mortis miserabilis ætas.
Nescia finiri: semperq; uidetur oriri
Semper uexando: semper gemitus renouando.
Ingerit ardores: infinitosq; dolores.

Sunt ibi serpentes flammæ ex ore uomentes: ^{Benignam:}
 Funestos dentes guttura torua gerentes:
 A flatu quorum pereunt anime miserorum:
 Sunt ibi tortores serpentibus horridiores:
 Difformes nigri: sed non ad uerbera pigri.
 Nunq̄ laxant: sed semp ad hec renouant. ^{disparatim}
 Et male feruentes: sunt ad tormenta recentes: ^{prope}
 Semper tristati: semperq; ferire parati.
 Semper inardescunt: nec cessant: nec requiescunt.
 Sic exercentur: nec parcunt nec miserentur.
 Quā male damnant: q̄ fortiter excruciant.
 Qui ferūt tantorū feritatem suppliciorum. ^{multitudine}
 Quid tūc thesauri: quid aceruus proderit auri: ^{adhibuit}
 Cum peccatores mittent in inferiores ^{postures}
 Inferni latebras: ignem pariterq; tenebras.
 Semper passuri: nec ab his unquam redituri.
 Tunc flens & tristis qui penis tradit istis:
 Malet præteritæ q̄ in omni tempore uitæ
 Pauper uixisset: q̄ diuitias habuisset.
 Stat male securus: qui protinus est ruiturus. ^{ille}
 Nec bene lætat: cui pena dolorq; paratur.
 Non igitur cures gazas acquirere plures.
 Gazas fallaces incertas atq; fugaces.
 Quæ magis optant: cū plenius accumulānt.
 Nec satiant mentē: semp maiora petentē.
 Diuitiæ tales sunt omnibus exiciales. ^{in uoluntate}
 Nam sibi credentes faciunt miseros & egentes:
 Post carnis uitam per blandimenta nutritam.

finis
Expertesq; boni cito traduntur perditioni.
Nemo tamen credat: q̄ ab ista luce recedat.
Ignibus arsurus: uel propter opes periturus.
Si proprium seruet: si diuitias coaceruet.
Quāuis sit rarū: poterit possessor earum
Iuste saluari: si fugiat nomen auari.
Viuat prudenter: gazas habeat sapienter.
Non abscondēdo: sed egenis distribuendo.
Sed satis est notum: quia plus dimittere totum
Prodest: q̄ temere quæ sunt incerta tenere.
Tutius est ueræ: morsum fugiendo cauere:
Quā prope serpentē procūbere uirus habentē.
Sic est de mundo: quare tibi consilium do.
Quatinus hoc spreto te tradas pectore leto.
Seruitio christi: cui traditus ipse fuisti.
1. 2. 3. 4. Hic tibi prebebit regnum: quod sine carebit.
Huic si seruieris. celsis opibus potieris
Tollere quas fueres nequeūt: nec rodere mures.
Collige thesaurum: qui gemmas uicit & aurum.
Quære bonos mores thesauros interiores.
Gazas congestas præcellit mentis honestas.
Nam miser est & erit: qui mūdi prospera quærit.
Est diues uere: qui non ea curat habere.
Qui bonus est intus fidei munime cinctus.
Semper honestatis studium tenet & probitatis.
Cum bona quis tractat: cum se uirtutibus aptat.
Si nihil est sordis: quod poluat intima cordis.
His deletatur dominus: qui cor speculatur.

Theſaurus talis precioſus ſpiritualis
 Comparat æternā uitam: patriamq; ſupernam.
 Congregat in celis theſauros quiſq; fidelis.
 Per quæ bonos mores ad ſūmos tendit honores.
 Nec modo uult fieri locuplex: nec magn⁹ haberi
 Sed ſemp minimus paup deſpectus & imus.
 Plus paupertatē cupiens: q̄ prosperitatē.
 Hæc ideo tollerat: quia celi gaudia ſperat.

It
 Auper amabil' & uenerabil' & benedictus.
 p *It*
 Diues inutilis & miſerabilis & maledict⁹
 Qui bōa negligit & mala diligit: irat abiffū

Nulla potentia nulla pecunia liberat ipſum.
 Irremeabilis infaciabilis illa uorago.
 Hic ubi mergit: horrida cernit' omnis imago.
 Hec cruciamina per ſua crimina promeruere.
 Vir miſerabilis euaq; flebilis & ſubire
 Iuſſa dei pia iuſſa ſalubria ſi tenuiſſent:
 Vir neq; foemina nec ſua ſemīa morte periſſent.
 Sed quia ſpernere iuſſaq; ſoluere non timuere
 Mors grauis irruit: hoc merito fuit: & periere.
 Ianua mortis paſſio fortis crimen eorum
 Attulit orbi ſemina morbi: totq; malorum.
 Illa parentes atq; ſequentes culpa peremit:
 Atq; piarum deliciarum munus ademit.
 Flebile factum dans cruciatum: danſq; dolorem:
 Iſta moereri perdere ueri regis amorem.
 Tam lachrimoſa tamq; perōſa morte perire.
 Atq; ferorū ſuppliciorū clauſtra ſubire.

Est data seuam causa per eam perditionis.
Dum meliorem sperat honorē uoce draconis.
Hæc male credēs: nos quoq; ledēs crimīe magno
Homine ^{ad re/mo} tristi subdidit isti secula damno.
Stirps miserorum plena dolorum postea creuit:
His quoq; damnis pluribus annis subdita fleuit.
Sed deus omnipotēs qui uerbo cūcta creauit.
Sic cecidisse dolēs hoīes: quos semp amauit.
Ipse suum ^{filio} uerbū transmisit ad infima mundi.
Exulibus miseris aperire uiam redeundi. ^{ad gloriā}
Filius ergo dei descendit ab arce superna:
Nunquam discedens a maiestate paterna.
Qui corpus sūmens animatū ^{uoluit hanc} minimie saluo:
Processit natus sacro de uirginis aluo.
Verus homo uerusq; deus pius & miserator.
Verus saluator nostre salutis amator.
Viuentiq; uolens nobis ostendere normam.
Se dedit exemplū rectamq; per omnia formā.
Insuper & multos uoluit sufferre labores.
Atq; dolore suo nostros auferre dolores.
Sponte sua moriēs: mortē moriēdo ^{uoluit} peremit.
Et sic perpetua nos miseros a morte redemit.
Quod non debebat soluēs ita fons pietatis:
Succurrit nobis mortali peste grauatis.
Pondēra nostra ferens: penitus nos exonerauit:
Et quicquid crimē uetus abstulerat reparauit.
Nam de morte pia consurgens ut leo fortis.
Restituit uitam prostrato ^{uoluit} principe mortis. ^{restituendo}

Sic domini pietas mundum non passa perire: ^{1. p. h. 2. k}
 Fecit nos miseros ad gaudia prima redire.
 Hoc satis audisti frater q̄ gratia christi
 Sic nos saluauit: nostrumq̄ genus renouauit.
 Si ^{facile} sapias: hoc credas: nec ab hac ratione recedas.
 Sed quid lucratur credens: qui non operatur.
 Hic male se lædit: male uiuens non benæ credit:
 Crede mihi magnum illa fides facit sibi dānum.
 Mortem mercatur: quia mortua iure uocatur.
 Hunc facit ipsa mori sub iudicio grauiori.
 Quā si nescisset fidei: quid ^{dogma} dogma fuisset.
 Quod loquor est notum retinentibus utile totū.
 Frater id ausculta: ueniēt tibi cōmoda multa.
 Si retinere uelis: quia sic eris ipse fidelis.
 Hanc per uirtutem poteris sperare salutem.
 Atq̄ beatus eris: si quæ bona sunt opereris.
 Ergo uerborum semper memor esto meorum:
 Cura tuæ mentis sit semper in his documētis.
 Si uis saluari: semper studeas imitari
 Vitam iustorum: fugiens exempla malorum.
 Illis iungeris: quorum uic̄ facta sequeris.
 Elige sanctorum consortia: non reproborum:
 O q̄ ditatur qui celica regna lucrantur.
 Sic exaltantur: ^{qui} sanctis associantur.
 Viuent iocundi: qui spernunt gaudia mundi.
 Qui carnis miseræ norunt uitiosa cauere.
 Sub pedibus quorum uictus iacet hostis eorum.
 His dabitur uere: dominum sine fine uidere.

Angelicosq; choros diuina laude sonoros:
Cū quibus ante deū referēt cū laude tropheum.
Quod tibi nunc dico: si serues corde pudico.
Hos inter cetus uiues sine tempore lætus.
Sed miseri flebunt: quia gaudia uulla uidebunt.
Nunquā cū reprobis tribuat^{no} portio nobis.
Ad penas ibunt. & sic sine fine peribunt.
Mundus ad hāc partē trahit^{no} per demonis artē.
Istaq; damna ferent: qui sordibus eius adherent.
His igitur monitis tactus totiens repetitis.
Sensu discreto quæ sunt aduersa caueto.
Peruigili cura semper meditare futura.
Quā fera q̄ fortis ueniet distinctio mortis.
Quæ uia pandet: cū spiritus egredietur:
Quid sit facturus: uel quos comites habiturus.
Quā miser infernus: q̄ nobilis ordo supnus.
Quæ mala dānatis: quæ sunt bona parata beatis
Quantū gaudebūt. quos gaudia sūma replebūt.
Quos illustrabit: quos semper lætificabit
Visio sancta dei: splendorq; suæ faciei.
Talia querenti dabitur noua gratia menti.
Cum studio tali dulcedine spirituali.
Mens tua pascetur: si iugiter hęc meditetur.
Hoc studium mentē domino facit esse placentē.
Curas terrenas magno cruciamine plenas.
Funditus expellit: uitiorum gramina uellit.
Exitus ostendit: quo mundi gloria tendit.

FINIS.

Inc
1320

